

mur ab eo qui nos fecit ne meliore nostri parte. i. animo similes pecoribus simus: a quibus corporis erectione distamus: non ut in ea quae sublimia sunt in corporibus animi preciamur. **N**am vel in talibus detur voluntatis appetere. prosternere est animi. sed sicut corpus ad ea que sunt excelsa corporum. i. ad celestia naturaliter erectum est sic animus qui substantia spiritualis est: ad ea que sunt in spiritualibus excelsa erigendum est non elatione superbie: sed pietate iusticie.

Corporales sensus communes nobis esse cum pecoribus: sed proprium esse hominis de his que sensu corporis comprehendit secundum eternas iudicare rationes.

Capitulum II.

Assunt autem et pecora et sentire per corporis sensus extrinsecus corporalia et ea memoria fixa reminisci: atque in eis appetere conducibilia fugere incommoda: verum ea notare: ac non solum naturaliter rapta: sed etiam de industria memorie commendata retinere: et in oblivione iamque labentia recordando: atque cogitando rursus imprimere: ut quemadmodum ex eo quod gerit memoria cogitatio format: sic et hoc ipsum quod in memoria est cogitatio firmeficitas etiam visiones hinc atque inde recordata quilibet sumendo: et quasi assumendo componere inspicere: quemadmodum in hoc rerum genere que verisimilia sunt discernant a veris: in spiritualibus sed in corporealis. **N**ec atque huiusmodi quis in sensibilibus atque in eis que inde animus per sensum corporis traxit agant atque sentent: non sunt tamen rationis expertia: nec hominibus pecoribusque communia. **S**ed sublimioris rationis est iudicare de istis corporalibus: secundum rationes incorpales et sempiternas. **Q**ue nisi supra mentem humanam essent: incommutabiles profecto non essent: atque in his nisi subtingeret aliquid nostrum: non secundum eas possemus iudicare de corporalibus. **I**udicamus autem de corporalibus ex ratione dimensionum atque figurarum quam incommutabiliter manere mens novit.

Actiones corporales ita demum esse rectas si eis regendis mentis intellectuale presuerit.

Capitulum III.

Aliud vero nomen quod in actione corporali um atque temporalium tractandorum ita versaf: ut non sit nobis commune cum pecore rationale quidem est: sed ex illa rationali in mens substantia: qua subheremus intelligibili atque incommutabili veritati tanquam ductum et inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. **S**icut enim in omnibus pecoribus non inuentum est viro adiutorium simile illi: nisi detractum de illo in coniugium formare: ita menti nostre qua superna et inter

na consulimus veritatem: nullum est ad usum reum corporali quantum natura hominis satis est simile adiutorium ex aie partibus que communes cum pecoribus habemus. **E**t ideo quiddam rationale nostrum non ad unitatis divortium separatum: sed in auxiliium societatis quasi derivatum in sui operis dispartit officium. **E**t sicut una caro est duorum in masculo et femina: sic intellectum nostrum: et actionem vel consilium: et executionem vel rationem: et appetitum rationale: vel si quod alio modo significanti dici potest una mentis natura complectitur: ut quemadmodum de illis dictum est: erunt duo in carne una: sic de his dici possit: duo in mente una.

Quid iter sit inter illud que mens inclinatur ad temporalia: et illud que preterit eterna. **Ca. III.**

Um igitur differimus de natura mentis humane de una quadam differimus: nec eam in hec duo que commemoramus: nisi per officia geminamus. **I**taque cum in ea querimus trinitatem: in tota querimus: non separantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione eterno: ut tertium aliquid iam queramus quo trinitas impleatur. **S**ed in tota natura mentis ita trinitatem reperiri opus est: ut si desit actio temporalium cui operi necessarium sit adiutorium: propter quod ad hec inferiora administranda dirivetur aliquid mentis in una nusquam dispersita mente trinitas inveniatur. **E**t facta iam ista distributione in eo solo quod ad contemplationem pertinet eterno: non solum trinitas: sed etiam imago dei. **I**n hoc autem quod dirivatum est in actione temporalium: etiam si trinitas possit non tamen imago dei possit inveni.

De optione eorum qui coniugio masculi et femine et eorum pluri diuinam copiant trinitatem. **Ca. V.**

Roinde non mihi videntur probabiliter afferre sententiam qui sic arbitrantur trinitatem imaginis dei in tribus personis quod attinet ad humanam naturam posse reperiri: ut in coniugio masculi et femine atque in eorum prole compleatur. **Q**uod quasi vir ipse patris personam intrinsecus: filij vero quod de illo ita processit ut nasceretur: atque ita tertiam personam velut spiritus dicunt esse mulierem: que ita de viro processit: ut non ipsa esset filius aut filia: quis ea concipiente proles nasceretur. **D**ixit enim dominus de spiritu sancto quod a patre procedat: et tamen filius non est. **I**n huius igitur opinionis errore hoc solum probabiliter afferunt: quod in origine facte femine secundum sancte scripturam fidem satis ostendit: non omne quod de aliqua persona ita existit: ut personam alteram faciat filium posse dici: quam quidem de viri persona existit per

Sen. 4.

Ubi. 5.

Job. 1. 1.